Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Qui probatus est in illo et perfectus inuentus
est Et erit illi gloria eterna Qui potuit tran-
gredi et non est transgressus: facere mala et non
fecit Ideo stabilita sunt bona illius in domino
et eleemosinas illius enarrabit omnis ecclesia
Dixit d·i·d·s Secundum Johem sanctorum
Ego sum uitis uos palmites Qui manet in
me et ego in eo: hic fert fructum multum: quia
sine me nichil potestis facere Si quis in me non
manserit: mittetur foras sicut palmes et a-
resset et colligent eum et in igne mittent et
ardet Si manseritis in me: et uerba mea in
uobis manserint: quod cumque volueritis pete-
tis et fiet uobis In hoc clarificatus est pa-
ter meus: ut fructum plurimum afferatis: et efficia-
mini mei discipuli Sicut dilexit me pa-
ter: et
ego dilexi uos Manete in dilectione mea Si
praecepta seruauerit: manebitis in dilecti-
one mea: sicut et ego praecepta patris mei seruau-
i: et maneo in eius dilectione Haec locutus
sum uobis: ut gaudium meum in uobis sit et
gaudium uestrum impleatur Secundum Matheum
Dixit Circumibat Jesus ciuitates omnes
et castella docens in synagogis eorum et pre-
dicans euangelium regni: et curans omnem
langworem et omnem infirmitatem Videns
autem turbas: misertus est eis: quia erant
uexati et iacentes sicut oues non habentes
pastorem Tunc dicit discipulis suis Messis
quidem multa: operarii autem pauci Rogate
ergo dominum messis: ut mittat operarios in me-

mea